

sicut fuerat edocta, ait diabolus: ut quid desideras videre illam? bene tibi sufficere debet praesentia mea: illa forsiter instanter opere diabolico, virgo mirae pulchritudinis se oculis eius obiecit, qua visa, mox ad pedes eius inclusa se provolvit, et contra phantasma angelicum salutationem proferendo, in turbatione illud resolvit: quam tamen inimicus evanescentem in tantum terruit, ut amens facta, vix post annum dimidium, multorum precibus adrita, sensum reciperet. Vides nunc, quanti sit ponderis nomen Mariae: Apollonius: Bene video, et non sine admiratione tam ex praesenti, quam ex praedictis exemplis virtutem eius considero. Caesarius: Invocatio huius nominis, non solum corruptiores mentium, id est, daemones, sed et corruptores corporum, scilicet, malos, ac libidinosos homines enervat, ut infra patebit.

§. LXXXI.

Idem Caesarius (*ibid.* cap. 38): In Longobardia, in quadam domo Ordinis nostri, quae Carixtus dicitur, ante paucos annos monachus quidam exiit, nomine Bertramus; iste, tam reverenti motu charitatis Dominam nostram sanctam Dei Genitricem amabat, ut non sine magno cordis cruciatu audire possent, si forte dubitative quis diceret, vel legeret de corporali illius Assumptione. Cum iam exegisset in Ordine quindecim annos, adhuc juvenis aetate in vigilia Assumptionis eiusdem gloriosae Virginis rogavit Abbatem, ut sibi liceret ire ad vicinam grangiam, dicens se non posse audire neque sermones Hieronymi in choro, neque sermonem in capitulo, timens, quod praedictum est: erat enim grangiarum, Abbas sanctitatem eius turbare timens, annuit eius petitioni: cumque venisset iuxta grangiam, angelus Domini mirabili modo illum rapuit, et ad spatium unius dietae iuxta parvam quandam ecclesiam vicinam salis Castro fratris sui carnalis, viri nobilis, depouens, disparuit. Equis vero, qui cum sederat, admirans, ubinam esset, vel qualiter ad illum locum devenisset, invenit quidam splendidus de ecclesia exiit; et quia Dominam nostram ipsi cyrus Ecclesiam ingredi mandare, voce clara nunciavit. Ingressus Ecclesiam, vidit sanctam Dei Genitricem Virginem Mariam in corpore glorificato, in sede miri decoris residentem. Sederant circa illam diversi ordines Sanctorum, patriarchae videlicet, prophetae, apostoli, martyres, confessores, virgines, viduae, et contigens; erat autem hora nona: quem Virgo beatissima salutans, familiariter ait: Bertrame, meliores sermonibus Hieronymi hic audies sermones. Dieta nona, a circumsedentibus per intervalla dictae sunt et reliquae horae, vesperae videlicet, completorium, matutinae, laudes, prima, tertia, et sexta; eratque psalmorum, sive reliquorum tantum melodia tam suavissima, et veram tantam concordiam, ut sermo nullus ex-

primero posset. Deinde, vultum iucundissimum ei exhibens, voce hilari ac dulci sic ait: Bene scio, Bertrame, quare nunc egressus sis de claustris, noveris pro certo, me in utraque substantia, id est, corpore, et anima glorificatam, et die quadagesimo a mortuis resuscitatam. Apollonius: His verbis concordat visio Dominae Elisabethae de Scovavia, in qua legitur, sub eisdem verbis Dominam nostram et resurrectionem suam revelasse. Caesarius: Tanto amplius fides adhibenda est huic visioni. Mox ut beata Virgo verba praedicta protulit, conventus ille coelestis disparuit, et monachus in loco suae sessionis se solum invenit. Nunc divino germanus eius, de quo supra dictum est, adveniens, cum solum illum ibidem reperisset, et quid ibi solus sederet, vel unde veniret, interrogasset; omnia, quae circa se gesta erant, ne laicum scandalizaret, pro ordine recitavit. Tunc ille: expectare hic, frater, donec equum vobis adducam. Mira res, festinante illo ad Castrum, angelus Domini in momento, in locum, de quo tulerat, illum repositit. Reversus miles, cum non invenisset, quem dimiserat, apostatam sive electum, illum aestimans, ad monasterium cursavit, ad quod dieo completorio veniens Abbatem vocavit, et ubinam frater suus esset, requisivit. Cui cum Abbas signaret, ut expectaret usque mane, et ille responderet: scio, quia eiecitis eum, minareturque monasterio, rupto silentio, respondit Abbas: per licentiam meam ad proximam grangiam equitavit, non dubito quia ibi sit. Iterum simul et in cappella conversorum orantem invenerunt, et cognoverunt ex testimonio illorum, quia eadem hora, quae miles eum iuxta Castrum reliquerat, eandem grangiam intraverit. Apollonius: In his, quae dicta sunt, parem hunc iudicio virum duobus antiquis prophetis, Ezechiel scilicet, et Habacuc, ex quibus unus mirabiliter vidit quae agebantur in Ierusalem; alter vero de Iudaea subito translatus est in Babylonem. Caesarius: Aliquid amplius in isto considero: magis miraculosum videtur, corpus glorificatum, sive coelestes ordines oculis corporeis posse videre, quam in spiritu; qualem visionem se Ezechiel vidisse testatur. Apollonius: Consentio. Caesarius: Maiorem iudicio visionem, quae sequitur: Die quadam angelus Domini ex parte Abbatis signum ei fecit, ut ad portam veniret: secutus est ille praecedentem, et cum ad portam non invenisset Abbatem, eodem signo angelus eum traxit in campum, qui cum miraretur, quoniam esset iustus, et ille signis ex parte Abbatis sequenti nimis esset importunus, venerunt ad quosdam montes sublimes, quibus transmissis, locum ingressi sunt amoenissimum, arboribus, et diversi generis floribus nimis deliciosum: erat enim paradisi terrestris; inter caetera, quae ibidem vidit, duos senes splendidos, Enoch videlicet, et Eliam aspexit, et agnovit: tenebantque in manibus librum maximum litteris aureis scriptum, uno tantum folio vacuo; et dixit ei angelus Domini: iste est liber praedestinationis, continens omnia nomina electorum, qui ab initio mundi usque ad diem hanc nati sunt. Cum autem folium, quod vacuum cernis,

§. LXXXII.

perfectum fuerit, mundus consummabitur; et ostendit ei nomen suum, quod cum legisset laetus, adiecit: nunquam delebitur nomen tuum de libro hoc: iste est liber, de quo David dicit (*in Psal. 13. 7.*): *Et in libro tuo omnes scribentur*; et Dominus in Evangelio: *Gaudete, et exultate, quia nomina vestra scripta sunt in caelo*. Apollonius: Si in libro soli electi scribuntur, quid est, quod idem propheta de reprobis dicit: *Deleantur de libro viventium*. Caesarius: Psalmista hic alloquitur secundum spem illorum, qui de sua praesumentes iustitia, putant, se ibi esse scriptos. Quod autem nullus reproborum in eo scribatur, mox ostendit, cum subiungit: *Et cum iustus non scribantur*. Apollonius: Placeat, quod dicis; sed rogo, ut si quid adhuc nosti de hoc beato viro, dicere mihi non differas. Caesarius: Tempore quodam, cum esset in oratione, beatam Genitricem Dei ex opposito sui supra cepitem virentem stare conspexit: et ecce fons aurei coloris e regione cum impetu effluens, rivulum suum ad pedes eius dirigebat: cuius lapilli lapides erant pretiosi, smaragdi videlicet, carbunculi, topatii, saphyri, et hyacinthi. Cumque de visione miraretur, ait illa Dominam nostram: nosti Bertrame, quid ista significet? dicente illo: non, Domina; respondit: fons iste aurei coloris, Ordo Cisterciensis est, qui, sicut aurum reliqua metalla, ita ceteros Ordines tam dignitate, quam sanctitate praecellit: illis iam ex magna parte fluentibus a me, iste speciali quadam praerogativa dilectionis, non cessat fluere ad me: lapilli pretiosi, quot vides rivulo manare, speciales amici mei sunt, in Ordine, et in obsequio meo, plus ceteris ferventiores: sicutque disparuit visio in oculis eius. Omnia haec recitata sunt Abbatibus tempore Capituli generalis. Multa alia vir iste beatus vidit, et egit digna relatu, quae mihi non sunt recitata. Apollonius: Miror, quare non sit aliquis vir tam sanctus in Ordine passus tentationes? Caesarius: In principio conversionis suae, ut auidi, de cibis regularibus plurimum tentabatur, sicut vir nobilis, et delicatus. Haec cum dixisset Abbati, intelligens ille ex munditia conscientiae eius, Spiritum sanctum esse in eo, respondit: roga Deum, quod vis, et non negabit tibi. Oravit ille, et exauditus est: ab illo tempore in tantum delectabatur cibis regularibus, ut de licentia maioris abstinentiae Abbati foret importunus. Apollonius: Beati sunt claustrales, qui ad tantam familiaritatem Dei Genitricis admittuntur. Caesarius: Non solum claustrales, immo etiam, et personas saeculares se diligentes, mater pulchrae dilectionis diligit, et honorat, ex quibus occurrit, beatae memoriae, Walterus de Birbach, cuius supra in diversis locis meminimus; quem non solum inferioris ordinis homines, sed et reges, et principes, nobilisque venerantur, audientes beneficia a Matre misericordiae illi concessa. Apollonius: Cuius fuerit professionis vir iste, ex superioribus novi; sed quis fuerit, vel qualem duxerit vitam ante conversionem, sive conversionem in Ordine, scire desidero. Caesarius: Quicquid de illius actibus memoria dignum novi, fida tibi pandam relatione.

Idem Caesarius (*ibid.* cap. 39): Walterus de Birbach villa oriturus, exiit vir dives, ac potens, et nobilis valde, consanguineus Henrici ducis Lovanii, qui cum esset militiae saeculari, adhuc aequale florens, delituit, et in a strenuus satis, atque nominatus, Dominum nostram sanctam Dei Genitricem, semperque Virginem Mariam ab ipsa puerilia coepit invocare, et ex intimo cordis affectu diligere, atque ieiuniis, elemosinis, et missarum celebrationibus honorare: licet enim corpore deditus esset, ut dictum est, torneamentis, corde tamen totus erat in obsequio b. Virginis. Tempore quodam, cum pararetur ad quoddam torneamentum, milites habens in comitatu, venissetque ad ecclesiam quandam, illos, ut missam audire vellent, hortabatur: quod cum recusarent, moram tantam sibi periculosam esse praetendentes, illis recidentibus, ipse mansit, missam de s. Maria sibi cantari fecit, et obtulit, sicque socios insecutus est. Cui cum aliqui de torneamento occurrerent, et hoc ex responsione illorum cognovisset, subiunxit: est ne adhuc inceptum? dicentibus illis: etiam; respondit: quis fortius sibi agitis? Dominus Walterus, inquit, de Birbach, ipse in ore omnium est, omnibus praefertur, et ab omnibus laudatur: aliis vero occurrentibus, et similia dicentibus, stupens admirabatur: quidnam hoc portenderet: actum esse ineffabili pietate b. Virginis, ut militem devotum in obsequio suo, tardantem interim torneamento honoraret, eiusque absentiam mirabili quadam virtute suppleret. Veniens tamen ad locum, armavit se, et intravit, sed nihil magis illi egit: ludo vero expleto, quidam ex militibus, hospitium eius intraverunt, et ut secum mitius agere dignarentur, precabantur: quibus cum diceret: quae est causa petitionis vestrae? responderunt: hodie cepistis nos, et rogamus, ut bene nos tractetis. Waltero neganti, ac dicenti: Ego vos non cepi; responderunt: In rei veritate nos hodie dextris vobis dedimus, nos signa vestra militaria ibi vidimus, nos vocem vestram ibi audivimus: et cognovit statim hoc actum fuisse gratia b. Virginis, quam honoraverat in missa. Apollonius: Cum sit mortale peccatum ire, et exercere torneamenta, quomodo b. Virgini placere poterunt oratio, et oblatio Walleri. Caesarius: Duo ibi committuntur peccata mortalia, superbia scilicet, et inobedientia: superbia, quia fit intuitu laudis humanae, et inobedientia, quia fit contra prohibitionem Ecclesiae: unde in torneamentis occisi extra coemeterium fidelium sepeliuntur. Cum autem obsequium praedictae missae Waltero potuisset esse meritum vitae aeternae, si factum fuisset in charitate, nunc transiit in mercedem temporalem: opera enim bona, id est de genere honorum, temporalibus remunerantur. Homo etiam per illa, ut quidam ex Scripturis probant, habitum se reddit ad gratiam suscipiendam. Hoc verum esse, sequens probat exemplum. Cum alio quodam tempore, nundinas illas execrabiles quaereret, et inter multos stans, missam audiret,

ens Christus ex Maria Virgine natus, qui est via in exemplo, veritas in promisso, vita in praemio, Amen. Monachus vero Evisariensis, et ipse vocatus, sicut fuerat ei praestensum, interpositis paucis diebus, migravit ad Dominum. Haec mihi relata sunt a praedicto Abbate Eustachio. Ut autem ostenderet Dominus, quanti apud ipsum esset meriti Matris suae dilectus, signis post mortem ipsum glorificavit. Eodem tempore Winemarus de Alendoro miles dives et honestus, lecto totus paralyticus decubuit, audiens hominem Dei unice sibi delectum ad Dominum migrasse, mox nuncium ad claustrum misit, per quem sibi defuncti cothurnos transmitti supplicavit. Missi sunt et novi, et mox remissi, eo quod intellexisset, eos de Walleri non fuisse, mox per eundem nuncium boni viri Dei satis veteres mittuntur; quos infirmus cum fide, ac devotione suscipiens, statim ut manus praemortuas imposuit, beneficium ex eis sensit: simile actum est in pedibus, ab illa enim hora coepit manus levare, et pedes erigere, et totius corporis vires, sensim tamen recipere, eadem vero caelestem vim ad amorem beati viri, et concessum sibi per illa beneficium, in tantum veneratur, ut in castro suo cappellam edificaret, a quo eodem cothurnos eius altari ligneo, Abbate nostro praesente, includeret. Alius quidem miles periculosum habens apostema in pectore, audiens per praedictos calcans tantam in Winemaro virtutem factam, unum sibi transmitti petivit, per quem mox, ut ulceris locum tegit, plene convaleuit. Apollonius: Satis mihi iam fateor probatum, quod b. Maria diligenter se diligit, et honorat. Caesarius: Non solum suos directores, ac dilectos ad vitam dirigat aeternam, immo frequenter illos etiam ad honores provehit temporales.

§. LXXXIII.

Caesarius (*ibid. cap. 46*): In praedicto Castro matrona quaedam habitat honesta, nomine Iulta: haec est illa, cui b. Virgo verba probrata in suam iconam prolata, conquesta est, et merito: summo honore eandem imaginem veneratur, salutationes, orationes, multaque venias coram illa faciens: Tempore quodam, cum filiam parvulam in villam proximam nutriendam tradidisset, et infantula iam triennis in arca luderet, lupus ludentem, quibusdam aspicientibus, illum per gulam rapuit, raptaeque in dorsum suum mittens, sylvas vicinas petivit; quem aliqui cum clamore insecuti sine ereptione puellulae, tristes sunt reversi: ex quibus unus in castrum occurrit, et matris in mensa sedenti, raptum filiae nuncios, ait: Domina, lupus comedit filiam vestram; cui illa turbata nimis, respondit: Certe lupus non comedit filiam meam. Mox tamen mensa amota, surrexit: et in multa cordis amaritudine cappellam intrans, imaginem Salvatoris de sinu matris evulsit, stansque contra illam, cum multis lacrymis in haec verba prorupit: Domina, nunquam rehabebilis puerum vestrum, nisi tui-

hi incolumen restitueris puellam meam. Mira humilitas Reginae coeli, quasi timeret carere filio suo, si nullo non rehaberet filium, lupus prolium imperavit, et ille puellam dimisit. Insecuti sunt plures de villa lupi vestigia, cum puellae reliquias ad tumulandum quaerent, iuxta quoddam fratrum illam deambulatum repererunt, cui cum dicerent: Unde venis bona filia? respondit illa: nunquam momordit me; vestigia enim dentium lupi in guttore eius, cuti superficie tenus incisa apparuerunt in testimonium tanti miraculi ad hoc reservata. Tunc filiam ad matrem ducentes, mox, ut illam vidit suam, effecta laetissima, cum gratiarum actione ad imaginem sacram cucurrit, et puerum suum ei restituit, ait: Quia restitisti filiam meam mihi, et tibi restituo filium tuum. Haec mihi relata sunt a praedicto Hermannno Abbate loci s. Mariae, qui puellam vidit, et a matris ore, quae dicta sunt, audivit. Cum adhuc prior esset in Hemmenrode, et firmum haberet propositum resignandi Prioratus officium, praedicta Matrona ab Abbate eius domino Eustachio, quem hospitio receperat, ut sibi eam transmitteret, petivit, et obtinuit: quem ante imaginem Dei Genitricis ducens, ne officium suum resignaret, admonuit: Deo, inquit, non placet, si resignaveris; cui cum ille diceret: unde hoc nostis? respondit illa: nemo mihi hoc revelavit, nisi Domina ista, digito imaginem ostendens. Multa siquidem eidem devotae foeminae per sacram illam imaginem revelantur, plurimaeque per illam beneficia consequitur. Apollonius: Nescivi hactenus, tantas esse consolaciones in imaginibus Sanctorum. Caesarius: Multas sancti suis, et per suas imagines virtutes operantur, maxime in illis locis, ubi venerantur, nunquid non recordatis juvenis apostatae iuxta Florentiam, qui per imaginem beatae Virginis Mariae consecutus est indulgentiam? Similiter et sanctimonialis, quae ab eius imagine atapa suscepta, periculosam evasit tentationem. Apollonius: Utriusque bene memini: primi videlicet miraculi (*in distinctio. 2. cap. 12*), et secundi (*in distinct. praesenti cap. 3*), et stupor invadit me, cum in lignis audio vocem ad loquendum, manus ad feriendum, corporis incantationem, erectionem, sessionem, et reliquos motus vitales, magis haec admiror, quam loquelam asinae contra Balaam: illa enim animam habebat motabilem: in lignis, lapidibus sive metallis nullus spiritus est. Caesarius: Divinus spiritus in creatura est per essentiam, et per potentiam: cui nihil impossibile est, et nihil miraculosum, qui ad honorem sanctorum suorum haec et his similia quotidie operatur. De imagine vero beatae Virginis referam tibi quandam visionem, quae ante hoc triennium facta est.

§. LXXXIV.

Idem Caesarius (*ib. cap. 84*): Fuit in Ordine nostro quidam physicus magis habitu quam actu monachus, occasione medicinae provincias

discurrens, et vix unquam nisi in praecipuis festivitatibus ad monasterium revertens. In quadam sanctae Dei Genitricis solemnitate cum nocte staret cum aliis ad psallendum, ipsa Virgo beatissima multa claritate circumfusa chorum, ipso vidente, intravit, psallentes circumvit, et de pyxide, quam in manu portabat, electuarium per cochlear hauriens singulis in os mittebat; ad ipsum vero veniens eum pertransiret et diceret: tu de meo electuario non indiges, quia medicus es, et plurimas tibi impendis consolaciones, ille tristis transeuntem oculis sequebatur, culpam recognoscens. Ab illo tempore non nisi per obedientiam coactus, de monasterio egredi consentit, et omnes corporales consolaciones sibi temperavit. In proxima sua solemnitate Domina nostra praedicto modo famulos suos visitans, postquam ad medicum venit, gradum fixus, et ait: quia te emendasti, tuis medicamentis mea praefers, ecce de meo electuario sicut ceteris tibi imperior; de quo, ut gustavit, mox tantum dulcedinis, ac devotionis concepit, ut deinceps stabilis in congregatione maneret, et omnia carnis commoda tanquam stercora reputaret. Electuarium istud gratia devotionis intelligitur, cuius virtute psallentes confortantur, cuius dulcedine labor vigiliarum vertitur in delectatione: huius species aromaticae sunt, memoria compunctiva Dominicae Conceptionis, Nativitatis, et reliquorum sacramentorum Christi, quae omnia melliflua spe futurae retributionis conduntur, et meritis b. Mariae Virginis psallentibus infunduntur. Apollonius: Placet, quod dicit, Caesarius, quod apud b. Dei Genitricem unguenta sint sanativa, testatur Sponsus in Cantico dicens: *Meliora sunt ubera tua vino, odor unguentorum tuorum super omnia aromata; et in alio loco in persona illius ait: Sicut cynamonum, et balsamum aromatizans, odorem dedi, etc.* Quanta virtutis, et gratiae eadem sint unguenta, sequens declarabit exemplum.

§. LXXXV.

Idem Caesarius (*ibid. cap. 50*): Iuxta ecclesiam sancti Severini in Colonia inclusus quidam habitabat, Marsilius nomine, in Tuscia ad Sanctum Sebastianum quandoque Episcopus, et tempore schismatis, quod fuit inter Alexandrum, et Paschalem, ab ipso Alexandro depositus. Hunc cum matronae civitatis frequentarent, et una confessa fuisset, quod Dominae nostrae nomen dicere non posset sine quadam mira dulcedine, de causa tantae gratiae requisita, respondit: singulis diebus in honore eius quinquaginta Ave Maria, cum totidem venis dicere consuevi, per quae tantam dulcedinem merui, ut omnis oris mei saliva orationis tempore in mel videatur conversa. Quod cum audisset iam dictus inclusus, exemplo devotae foeminae vix per sex hebdomadas angelicam salutationem praefato modo, et numero compleverat, et ecce tantam dulcedinem sentire coepit in illius dulcissimae salutationis prolatione in ore et guttore, ut mellis dulcedinem

longe transcenderet ipsa dulcedo. Rarum dulcedinem meruit de Ordine nostro quidam monachus exemplo illius provocatus. Haec mihi relata sunt ab eodem incluso. Ecce, his tribus exemplis satis ostensum est, nomen eius esse super mel dulce, et quod haereticus eius sit super mel, et favam.

§. LXXXVI.

Caesarius (*ibid. cap. 60*): Monachus quidam Ordinis nostri Dominam nostram plurimum diligens, ante paucos annos mente exedens, ad contemplationem gloriae coelestis deductus est: ibi, cum diversis ecclesiae triumphans ordinibus videret, angelorum videlicet, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, et eisdem certis characteribus distinctos: item Canonicos regulares, Praemonstratenses, sive Cluniacenses, de suo Ordine sollicitus cum staret, et circumspiceret, nec aliquid de illo personam in illa gloria reperiret, ad beatam Dei Genitricem cum gemitu respiciens, ait: Quid est sanctissima Domina, quod de Ordine Cisterciensi neminem hic video? quare famuli tui tibi tam de vole servientes a consortio tantae beatitudinis excluduntur? Videns eum turbatum Regina coeli, respondit: ita mihi dilecti, ac familiares sunt hi, qui de Ordine Cisterciensi sunt, ut eos etiam cum vobis meis foveam; aperientesque pallium suum, quo amicta videbatur, quod mirae erat latitudinis, innumerabilem multitudinem Monachorum conversorum, et sanctimonialium illi ostendit: qui nimis exultans, et gratias referens, ad corpus rediit, et quid viderit, quidve audierit, Abbati suo narravit. Ille vero in sequenti capitulo haec referens Abbatibus, omnes laetificavit, ad ampliorem sanctae Dei Genitricis amorem illos accendens. Igitur, quia Virginem beatam, immo speculum virginitatis, cuius merita et gloria omnem sanctorum multitudinem transcendunt, laudare non sufficio, ipsam ergo tuis adiutus orationibus deprecor, ut defectum meum ipsa suppleat, et quae scripta, vel scribenda sunt, fructuosa faciat. Amen.

§. LXXXVII.

Abraham Bzovius Ordinis Praedicatorum (*paenagrico 3. de Assumpt. Virg.*) haec refert ex Hercule Vincemala (*lib. 3. de miracul. Virgin. cap. 20*): In Sylva Tridento proxima, tam effusus latro latebat, ut viatores omnes rebus omnibus spoliaret, ac renitentes crudeliter occideret. Forte illar iter habebat divi Domini religiosus, quem quia bene instructum existimabat, mortis metum inferens, ut recta per sylvam sequeretur, impulit. Dum iter per devia loca haberent, religiosus quaesivit de latrone, cuius conditionis esset. Is nomen, studia, ac vitae genus diligenter aperuit: quem religiosus accusare institit, quod iam in secle-

ribus consensens, nondum respiciendi, vel ad se redeundi consilium caperet: non aliter se de ea cogitare, respondit latro, ac si bella esset expertis rationis. Occasionem nactus pater reducendi latronem ad frugem meliorem, coepit in anteaclam vitam ipsius inquirere: ille ingenue fatebatur, se a teneris unguiculis aleae deditum fuisse, simulatibus, odiis, criminationibus assuevisse, mox cum aetate omne genus flagitii secum crevisse, ut omnium facinorosorum palmam praehaberet. Num requisivit pater, recogitatio unquam percussit perennis cruciatus inferni qui remaneat? pensat latro nihil habere, cum sciam animae meae iam me naufragum fuisse. Ceterum, si tibi, infert pater, spes aliqua affugeret salutis, respiceres facerem, subiungit ille. Tunc pater: spondeo tibi illam proxime affore, si te veterum delictorum poenitentia habeat, quae ubi laerymis contritionis elucris, et sacra exomologesi expunxeris, adque virtutum culturam te contuleris, patronam tibi apud Deum deligae sanctissimam Dei Matrem, in eius honorem subbationum ieiunium, et vacationem piis operibus consecrabis. Commissa a patre lubens latro exequi curavit. Mox autem a magistratu captus, morti damnatus, patrocinio Virginis, illam effugere aliquoties potuit: nam ob praeclaras eius corporis doles, exilio mortem commutare volebat index: plexus capite, cum extra civitatem homo obrutus iaceret, excutibores circa fossam de caelo accessa lumina viderunt. Ubi propius videndi desiderio accessissent, quinque matronas aspectu venerabiles conspexerunt: quatuor illarum capite mirifice trunco cinincto, mollique feretro frondibus contexto cadaver exulerunt: quinta aliorum pulcherrima, et ipsa lumine accenso funus curabat, ac sequebatur, donec illud ante portam civitatis collocaerent. Monuit interim vigiles attonitos, Episcopo ut significarent, qui delatum cadaver auferret, inque loco honorifico sepeliri iuberet. Incredibilia haec videntur: tamen Reginae coelorum possibilia. Dicamus ei cum Bernardo: lam te, Mater misericordiae pro ipsam sincerissimae mortis tuae affectum, tuis laetis provoluta pedibus luna mediatricem sibi apud solem iustitiae constitutam devotis supplicationibus interpellat. Ut in lumine tuo videant lumen, solis gratiam tuo mereantur obtenta, quam vere amavit prae omnibus et ornavit, stola gloriae induens, et omnium palchritudinis ponens in capite tuo. Plena es gratiarum, plena rore coelesti, iunixa super dilectum, deliciis affluens; ciba hodie pauperes tuos, Domina, ipsi quoque catelli edant de micis; nec pulo, Abrahama tantum, sed et camelis potum tribuas de superfluenta hydra tua, quia tu vere puella es praeelecta, et praeparata, et praecoronata ab Altissimi Filio, qui est super omnia benedictus in saecula saeculorum. Amen.

§. LXXXVIII.

Leander (in vita beati Iordani secundi Generali Ordin. Praedicatorum): Puella quaedam nobilitate, formaque praestans, a patre, cui erat a parentibus iam mortuis, in testamento commissa, incesto violata concubitu, bisque ab eo gravida, bis partum medicamentis abegit, illo ipso, qui pudicium eripuerat, susore; tertio praegnans facta, scelus agnovit, nefarium conscientia facinoris, cum neque factum necare, neque se cuiquam iudicare auderet, ad voluntariam necem confugere statuit; dumque unam necem reformidat, duas exdubitans consilio machinatur. Itaque gladium in ventre ita violenter infixit, medium ut scinderet, dirisimoque vulnere sauciata, Matrem misericordiae invocat, ac voce supplicis imprecatur, ut sibi solita benignitate succurrat. Adest illico Dei Mater, et corporis immanissimo vulnere sanitate tributa, ut Iordani propediem venturi consilii obtemperaret, admonuit. Ipsa studiosissime executi Cisterciensis familiae se dedicavit. Erat Ioannes studiosus Mariae cultor, quamobrem in feris beatissimae Matris, Christum Filium ad templum deferentis, in matrinarum preum exordio quod est: ecce venit ad templum, sanctissimam Deiparam cum Filio venientem Iordani aspexit; quae cum ad maximam aram processisset, et in throno, qui altari imminuebat, consedisset, visa est, fratres ad aram conversos, et ad Gloria Patri, de more caput inclinantes, apprehensa Filii dextera signare, et thoro universo, cruce confirmata, salutem imperare. Benedicere etiam et nobis, o benedicta, ex quo a die illa faustissima vigesima quinta, quo oliva speciosa floravisti, benedicere, et benefacere coepisti. Amen.

§. LXXXIX.

Lypsius in d. Virginis Halle (cap. 29. art. 14. 43): Comes Eant s. Pauli in Gallia ibat ad Delphinum, regis Galliarum primogenitum, iam appellatum qui Compendii agebant; praemiserat ante se famulos, ut parata omnia in diversorio reperiret, at illi leviter progressi, hostium aliquum manum vident, ad septuaginta erant, qui in subiectis pratis pecudes rapiabant, agebantque, et si quid aliud in agris esset. Remaneat igitur tepidi domino nunciaturi, et hostes, et ad arma clamant. Comes vir magui animi erat, nec talium expert, invocat suos, arma, et equos expeditur, sequebantur, si quis fidem, et se amaret. Simul ipse in equum abit, assequitur, et una cum ipso fidus famulorum Ioannes Gertrudanus nomine, qui semieris, ut festinatio erat, comitabatur: idem aliquot alii singuli, aut bini adventientes, qui omnes famen iuncti via, octoginta, nec ab armis instructi satis erant. At hostes, qui in subsidio fuerant iam conspici, et primis illis iuncti, facile ad 1500. accedebant. Ioannes quem dixi, advertit, et Dominum irae properum, et animi nimium abire, et sibi consulere hortatur:

Nos interim, inquit, utilior manus propugnabimus, et tutum tibi receptum reddemus, non movetur Dominus; pugnat, sed ante eum Ioannes, cui statim duplici sagitta balistaria brachium traicitur, et berum cum respicit, iterum moniturus, tercia collum ei transit. Tunc denique, Domine, inquit, o amor, o fides, consule vitae tuae, nam de me quidem est actum, et cum dicto ex equo delabitur. Comes, atque alii in vicinum oppidulum fuga delati servantur, sed Comitem moeror tetigit, amisso, ut putabat, nam fido ministerio; sed quem Dei, et diva benignitas incolument, praeter opinionem, et pene fidem reddidit: nam, dum, ubi iacet inter viros, equosque d. Virgo Hallensis ei in mente, atque in ore est aequae tam multis quotidie auxilium esse, ut sibi in hoc discrimine precatur: auditus est, et simul manibus, genibusque nixus, prorpsit in viam proximam, ac viribus defectis, ibi laesit: nondum finis; mala accumulatur, ut remedia crecant, et discrimina iterantur, ut salutaris illa vis magis incalrescat: tres ex hostibus seorsim adventum, scrutari omnia, et praedam, ut filii, quaerentes, miserum hunc vident, accedunt, pecuniam, annulos, vestemque tollunt, sublati gladio exerto, unus caput illi findit, nec sic quidem moritur, sed Mariam identidem ingeminat, et in eius, ac divae Barbarae honorem, ut sibi sit facillitas peccata apud sacerdotem expiandi, precatur. Tangit etiam duos animos, diva fovente pietas; permittunt, immo et operam promittunt, atque etiam rusticum sacerdotem per viam forte euntem vident, advocant, et homini admovent. Expectant ut finiat, et tum illi dent quoque eum finem: nam occidere nihilo secus hominem destinatum erat. Sacerdote igitur etiam astante, unus eorum mucronem gladii, ut censebat, in guttur eius deligit: diva averit, et subaculum eius modo scindit: Sacerdos interea deprecari, et mitigare exorat, tandem et recedunt, atque ipse sic saecium in proximum quoddam horreum partim ducit, partim trahit, et vulnera eius, ut copia erat, obligat. At ecce nova hostium manus, inter quos duces ipsi, et honestiores militum erant; eorum metu sacerdos Ioannes, conspectis iis, veniam, vitamque petere, et facile impetrat ab animis nobilioribus, et quos honor, et humanitas non prorsus reliquissent: sed enim discessu istorum tres illi sicarii immani saevitia iterum redeunt, et cum vivere vident, gladium unus strictum viribus in caput librat; sed diva, quam in-clamabat ictum moderante, humerum modo attingit, et leviter etiam strinxit. Consilium deinde capiunt, in flumen cadaver, pro tali habebant, abiciendi; quod faciunt, et sanguine manantem ferociter eo trahunt: quo tempore visa illi palam astare diva Virgo, quae solatium et invamen benigne promitteret, consilium etiam daret, ut mortuum se gereret, et simularet: parat; illi autem de ripa in flumen devolvunt, atque unus etiam hasta petit, ut si quid forte reliqui spiritus asta vitae esset, educeret. Sed diva et hunc ictum irritum facit, et clientem suum in insulam modicam pervehit limosam, et leviter flumine extantem, ibi confectus novem plagis grandioribus, aquis

CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. III.

refrigeratus, ad horas fere tres iacet, erigere aut movere se impotens: cum sacerdos, apud quem culpas fessus erat, miseratione impulsus recedit, et eum quaerit, atque sanguinis vestigia secutus, ad flumen denique venit. Ibi non reperit perterretur, et mortuum omnino censeit; cum ecce oculos longius et intentius mitens, videre in limo illo insulae visus est effugium hominis: necertus tamen homo, an Iudibrium genti esset, cruce se signat; et alte in-clamat: Adiuvo te, si homo et christianus es, signum aut vocem ede. Ioannes audit, et manum attollit: sacerdos auctader in aquam insilit, et collo tenus madidatus, ad eum pervadit, erigit, et in sicum, quantum potest, perducit: cursum inde in oppidulum propinquum fertur; vehiculum et homines adducit misero huic sublevando; qui inibi curatus, post paucas etiam septimanas Hallas venit divae praecor, et omnibus narrabat, quae vix ipse, nisi sibi crederet, nisi Virgo protexisset: tam est potens namque sacrosanta Mater, ut quem suo umbone operuerit, hunc ne ipsa quidem mors iaculo suo possit confodere.

§. XC.

Lypsius (in D. Virg. Halle. c. 24. art. 1440): Molitor erat Ioannes Massardus iuxta Albatium Lobiensem in Haemonia, cui uxor erat Catharina nomine, eaque foetu gravida, et mensibus utero legitimis fere iam exactis. Molitor iste idem faber lignarius erat; itaque per eam causam forte egressus, molam domum uxori commendat. Uxor sedulo officium facta, rotam molarem censet tardiuscule volvi, atque aquae inopem esse. Venit igitur repagulum ligneum levatura, nec flumen uberius admissura; sed dum conatur, tabula sive ponticulus, cui insisit, fragitur, atque in aquam ea, et sub ipsam rotam lapsa haeret: nam rota liberam dolutionem non habere, et ipsam identidem sub rota premi, atque ita, tum aquis mergi, tum pondere simul cum foetu suo allidi. Semihoram amplius sic iacet, sed initio lapsus divam Virginem Mariam Hallensem in mente habet, atque invocat, quae palam a duplici periculo, et mersionis, et oppressionis servat: nam maritus tandem supervenit, et miratus, molam sistere, nec circumagi, uxorem etiam requirit: cum ecce eam sub mole afflictam videt, et consternatam, opem, opem clamat. Accurrunt vicini, inter eos Praetor, et religiosi etiam aliquot Lobienses, mulierem aegre subtrahunt, certo, non arbitrio mortuam, ut censebant: at illa vivam, et sanam se exhibet, sanctam Mariam in ore ingeminans, eiusque praesidio tutam se coram omnibus testata est. Post dies etiam aliquot pulchrum puerum parit, qui dies duodecim supervixit; quod omnes iure mirabantur, tanto illo rotae pondere, nec foetum quidem non dicam elisum, sed neque laesum.

§. XCI.

Pomerius (*serm. de beata Virgine*) haec notanda prodigia refert (*lib. 12*), in haec verba Vincentius (*in spec. histor. lib. 8. cap. 96*): Quod eundem parochiae praeerat presbyter dives, scilicet vilis plenus, qui in sua parochia habebat quendam nobilem divitem, et etiam quendam pauperulam viduam. Contigit simul ambos infirmari, et morti proximari. Vocatur ergo sacerdos ad divitem illum pro confessione, et communionem, et veniens vidit multos astare diviti, solatia ei praebendo, quia attentus plus ad temporalia, quam spiritualia, confessione qualicunque facta, coepit adulationis verba diviti dare, coram circumstantibus, vitam aeternam promittendo, et de conscientiae examinatione, ac peccatorum salubri poenitentia, et satisfactione alienorum minus dispositum, divitem reliquit. Interim venit quaedam mulier ex parte viduae, quae dixit, eam in extremis agere, et sacramenta postulare: et cum sacerdos nil curaret, ait eidem capellanus: grande periculum nobis instat, si illa mulier ante confessionem, et eucharistiae perceptionem ex nostra negligentia decesserit. Iratus sacerdos ait: o parum sani capitis consilium, pro vili vidua nobilem relinquere patronam, a quo in testamento plurima legata temporalia exspecto. Ait capellanus: ego, si permittis, infirmam viduam visitabo, cum sacramento. Favente presbytero, cum ingrederetur pauperulam viduae habitaculum, vidit viduam super nudam humum sub parvo stramine stralam iacere: haec vidua erat Dei famula, plena bonis operibus, et erga beatam Virginem Mariam praecipuum gesserat devotionem: introspectiensque capellanus, vidit huc viduae assistere beatam Mariam cum magna militia angelorum, et choro beatarum virginum, et tenere lineolum, quo tergebat vultum aegrotantis viduae, et omne pietatis beneficium impendens; satagebat circa frequens ministerium. Capellanus haec videns, obstupuit, et pertimuit. Regina autem coeli, data fiducia viro Dei, ut intraret, imperavit, et Maria sedem parante, ac ne limeret hortante, sedit, et confessionem viduae audivit. Tandem cum eidem viduae vellet Corpus Christi dare, et de pyxide excepisset, mox beata Maria Virgo cum coelesti curia tota inibi existente, se prostraverunt humiliter, et Corpus Christi adoraverunt. Tandem communicata vidua, et ecclesiasticis sacramentis peractis, capellanus coepit psalmos legere, et sic obitum viduae praenunire. Siquae beata Virgine astante, et consolante egredientem animam felicem, in coelum cum tota illa gloriosa comitiva in nubilo deduxit. Denique haec videns, et Deum glorificans capellanus, cum gaudio rediit ad domum divitis, ubi erat Plebanus; veniensque ad limen ostiis, vidit catos nigros circumvallantes lectum divitis; quos miser ille sentiens infestos daemones fore, rugiebat, clamans, et dicens: tollite catos, tollite, misero subvenite. Et post aliquantulum vidit Elhyopem magnum voce minaci, vultu terribili, unicum,

quem manibus gestabat, faucibus et gutturi divitis peccatoris immergere, et furibunde animam eius infelicem extrahere; illeque dives in his doloribus dans vocem horribilem, tradidit infelicem spiritum: et ecce, ceteri complices daemones irraentes, miseram animam illam flagris, ac verberibus afflicentes, immerserunt in locum tenebrarum. Capellanus igitur haec videns, nimo timore correptus cecidit; factoque in excessu mentis, mox beata Maria gloriae Regina sibi apparuit, dicens: ne timeas charissime, non tibi nocebit malignitas diabolica, quia tibi devote servientis parata est beatitudo coelestis; sique recreatus rediit, et gratias ac laudes Deo agens, tandem in bono, et devotione b. Virginis profecit. Ad idem facti etiam miraculum de quodam clerico, qui quoties pertransibat ante ecclesiam, vel imaginem beatae Virginis, genuflexo eam semper salutabat, et quomodo in sua infirmitate est consolatus.

§. XCII.

Idem (*codem lib. cap. 60*): Sexta utilitas, quod beata Maria suos dilectos honorat, legitur ubi supra, quod quidam nobilis intravit religionem Cisterciensem, qui, dum rudis ingenii a magistro sibi dato non poterat literas addiscere, post se humiliavit, cogitans, Deo melius servire in humilitate, ut conversorum eligeret habitum: nec potuit plus addiscere, quam Ave Maria. Et quia haec devotissime dicebat quotidie, et frequentissime, accidit, ut moreretur, ac tandem fossa eius a quodam visitaretur. Et ecce de capite fossae eius liliam exereverat pulcherrimum, scriptum intus, et foris, et convocando Abbatem, et Episcopum, dum fodissent, invenerunt liliam radicem de corde per os procedentem, et ad extra exerescentem, in cuius foliis scriptum erat Ave Maria; atque haec videntes, laudaverunt beatam Virginem suos honorantem.

§. XCIII.

Idem auctor (*codem lib. cap. 60*), et recitat idem Anselmus (*in epistola ad Coanagitanos Episcopos*) dicens, quod temporibus Caroli regis Francorum quidam germanus regis Hungariae fuit, qui sic erat deditus devotioni beatae Mariae Virginis, ut quotidie, antequam comederet, diceret horas eius. Cum autem infirmitate gravatus vovisset beatae Virginis, quod si eum curaret, casitatem servaret, statim vidit came-ran luce repletam, et se curatum reperit, atque sanum. Tandem moritur rex Hungariae absque altero haerede, et is a regni baronibus inducitur ad contrahendum, nec careret regnum successore; electa quoque sibi sponsa, ducuntur ad ecclesiam pro benedictione nuptiarum. Tunc invenis recordatus est, quod illa die non dixerat horas beatae Virginis, moxque coepit dicere cum devotione; et cum perorando, di-

corret illam antiphonam, *Quam pulchra es, et quam decora charissima, etc.* ecce splendida Virgo apparuit ante altare, duobus angelis adstantibus, et ait iuveni: si pulchra sum, et decora, ut dicis, cur, me dimittens, aliam sponsam accepisti? Tunc iste ait: O Domina, quid me iubes facere? at illa: si sponsam caralem meo amore dimittis, me in sponsam coelestii in regno habebis, et si festum Conceptionis meae celebraveris annuatim, mecum in regno unigeniti mei laureatus eris. His auditis, adolescens, clam fugiens ab urbe, et regno, venit Aquileiam, et super rupem e-remeticam vitam duxit. Tandem fama prodeunte veridica sanctitatis, electus est, et factus patriarcha Aquileiae, et publice praedicavit, et instituit fieri festum Conceptionis immaculatae beatae Mariae devote celebrandum.

§. XCIV.

Idem (*codem lib. c. 7*): Septima utilitas, quod beata Maria peccatores filio potenter reconciliat, scribitur in libro, qui dicitur (*Promptuarium Exemplorum b. Virg.*), et refert clarius, et melius magister Ioannes Griths Ordinis Minorum: quod quidam miles fuit raptor, praedarius, nec Deum timens, sed omni spurcilia vitiorum plenus, habebat tamen uxorem devotam, quae eum induxerat, ut ad honorem Virginis Mariae diem sabbati ieiunaret: et Ave Maria, cum procederet, quoque diceret coram imagine beatae Virginis. Cumque semel iret ad peccandum, ecclesiam, quam praeteribat, casu ingressus, vidit imaginem Virginis cum suo puero in sinu; et cum coepisset Virginem salutare per Ave Maria, vidit puerum Christum vulneratum, et eius sanguinem fluere in gremium matris; quo viso obstupefactus, dixit: O Domina, quis fecit hoc? et Virgo respondit: tu, et alii peccatores, qui amplius crucifixi filium meum, quam Iudaei: volebatque Virgo sanguinem filii tergere, et restringere, nec poterat. Tunc peccator ille compunctus ad Virginem dixit: O Mater misericordiae intercede pro me. At illa: vos peccatores vocalis me materem misericordiae, qui non cessatis me facere matrem misericordiae, atque tristitiae; at ille: non Domina clementissima loquere sic: sed memento te esse advocatam peccatorum, et intercede pro me. Tunc ait mater ad filium: O pessime fili, amore mei, miserere huic peccatori mihi supplicanti; et filius, noli mater gravari quod te non audio, quia et ego rogavi Patrem meum, ut si possibile foret, scilicet, alio modo redimerem genus humanum, transferret calicem passionis a fili, et noluit me audire; tunc mater ait: O fili, memento, quod materno amore te visceribus meis alui, et condona huic peccatori; et filius ait: Ex iustitia tibi ostendo, quod te exaudire non teneor; et mater ait: non secundum iustitiam causamur, sed secundum misericordiam, quia ego sum mater misericordiae; ergo propter me miserere peccatoris: et filius; et ego secundo rogavi Patrem transferre calicem, et nondum audivit me. Tunc

mater iterum dixit: O fili, memento omnium laborum nostrorum, et dolorum quos sustinui, et dona mihi hunc peccatorem; et filius: O mater, noli gravari, sed memento, quia ego tertio rogavi Patrem, et non audivit me. Statim autem mater depositit filium suum ad altare, volens providere ad pedes eius genuflexo: quod videns filius dixit: O mater, quid sis vis facere? at illa: tandem ante pedes illos genuflexo provoluta slabo, quousque ei veniam concedes; et filius ait: absit hoc a me, quia a lege divina sancitum est, ut filius honoret matrem, et cum sim filius tuus, te honorare volo. Tunc ait: peccatori isti propter te o mater, indulgo, et in signum pacis, accedat iste peccator, et osculetur vulnera mea; quod cum ille fecisset, ecce, osculando, omnia sanabantur vulnera, et sic cognovit, misericordiam se promeruisse, et maximas gratias agens Deo, et matri eius, abscessit, et domum rediens, male ablata restituit, et mundum deserens, cum sancta uxore Religionem intrantes, communi consensu ad sua monasteria, ibi felici fine quieverunt.

§. XCV.

Idem (*codem lib. cap. 8*): Legitur in libro qui dicitur Scala coeli, et in Mariali Magno, quod fuit quidam nobilis, qui devotus et pius ad beatam Virginem quondam orationem ad ipsius Virginis, nec non divi Iohannis Evangelistae honorem editam, quae incipit: O inemerata, etc. qualibet die dicebat cum magna devotione: cui invidens diabolus in assumpto corpore damnati hominis cutasdam, se praesentavit ad servendam altente; quem nobilis, cum pronum ad omnia, et industriam in servitiis agnovisset, posuit ipsum in quodam hospitali, quod ipse edificaverat, scilicet nobilis, sumptibus propriis. Ubi ibidem servit attentem infirmis, et pauperibus, depulviti providendo. Ipse vero diligenter, et mirabili charitate secundum apparentiam exequabatur mandatum domini, serviendo infirmis et pauperibus. Haec omnes existentes in hospitali mirabiles laudes de eo dicebant. Accidit ut semel venisset ad dominum suum, petendo pisces pro aliquibus infirmis in hospitali, qui, ut dicebat, alia comedere non valebant; et dominus misit ad forum, nec ibi pisces repererunt. Unde iste dominus cum ipso servitore, qui scilicet ignorabatur fore diabolus, ascendit naveam ad piscandum, et cum esset in profundo fluminis, nitebatur diabolus submergere ipsum dominum; sed ecce, fure caudissimo naveam cingente et firmante, de coelo descendente, moveri non potuit. Tandem reversi, altera quadam die, iterum a domino venationes pro infirmis postulata, dicens, quod aliter vivere plurimi non valebant eorum. Tunc dominus mane surgens cum eo, acceptis laqueis, iaculis, caudibusque, et avibus, nemus maximum intraverat, et, cum dominus insequeretur praedam, isle diabolus in specie servitoris exiens, nitebatur eum occidere, iacula mittendo contra eum, qua-

ginis Margarita figura flexis genibus ante Christi praesepe sacrosanctum: nempe, tam pretiosa Margarita, templum Dei fuit, eiusque divinae parentis, non quidem ex his lapidibus, in quos passim offendimus, sed ex gemma extractum, ubi sanctissimae Mariae Virginis mite puerperum videretur. Hanc gemmam in sacrario aedis sancti Dominici, cuius Margarita institutum complexa erat, hodie et servari, et conspici Ludovicus Granatensis affirmat, cuius haec est omnis historia.

XCIX.

Ioannes Monachus Eivratu (in suo prato vere florido c. 43): Septima Synodus hanc historiam et approbavit, et mirata est. Quidam solitudinis incola Christi Iesu pugil insignis in olivarum monte illo sacrosancto, quem nostri Servatoris sudor sanguineus coloravit, tabernaculum degendae vitae constituit, ubi ne ad nullam quidem aetatem provento, per malum daemoneum esse licebat otioso: quotidie enim cum communi adversario, de mentis castitate, deque corporis cordisque munditia decertabat. Cumque daemon libidinis admoventis facibus esset infestus, instanti inimico se aliquando locutus est: quousque tandem pendenda est haec perventura contentio? cur spurcissime satana senili huic non parcis aetati? inquam obscena ista quadrant, quae tu mihi suggerere perseveras? sine me, sine, inquam, ab inhonesto certamine respirare. Daemon ea sumpta forma, quae videri poterat, querenti expostulante monacho, promittit, inquit, iureturando nemini enunciatum tu esse, quae dicam, et te desinat agitare. Iurat sollicitus se forte taciturnum: tum diabolus, noli istam amplius venerari, et ego veneris ignem subdere, atque ad meretrices te impellere, atque instigare desistam: habebat enim senex almae Matris imaginem, cui debitum cultum adhibebat. Monachus quietae castitatis conditionem illam non accipit, deliberandique spatium postulavit. Cumque dubitationem expedire per se ipse non posset, die postero Abbati Theodoro viro permogno rem exposuit, a quo hoc responsum accepit, irando peccavisti, tamen enuncians et patefaciens christianum officium praestitisti. Illud autem persuasissimum tibi esse debebit, levioris esse flagitii in quodlibet urbis lupanar intrare, quam Deo eiusque Matri debitum cultum, et religiosum honorem denegare: etsi enim libidinis et scortationis execrabile scelus sit et poenis aeternis vindicandum, impietas tamen quae a vera religione nos avocet, quaeque Deum et Dei Matrem, alterum altero adulationis genere venerari non prohibet, multo est libidine ipsa deterior, atque detestabilior. Illud, mihi crede, daemon astutus agebat, ut in casto tuo corpore animus recandis genibus fornicationem, si forte nescis, saepissime Scriptura compellat, quam ut a te post impetrate, castum tu esse corpore permittebat, et a mulierculis quae se pervolvant, con-

tinentem. Plura in hanc sententiam, quae brevitas causa tacet historicis, a Theodoro eruditus esse disputata, ut monachi fiduciam animam in religione, necessariaeque venerationis proposito confirmaret, nosque in his enarrandis exemplis non servi, sed liberi sumus interpretes, et quae scriptor omisit, implemus. Non enim committendum est, ut ex nimia nostra fidelitate lectori, aut quae sunt scitu necessaria, ignorandi pariter occasio. Daemon reversus ad monachum, violati iurisurandi perfidiam exprobravit, seque minatus est ante summi Iudicis tribunal accusatum esse perituum: monachus, quippe theologus iam ex schola Theodori, iurasse, inquit, temere, atque indefinibile me poenitet, rem ad Theodorum retulisse nunquam pigebit; quod autem ad Virginis cultum attinet, sic habelo: me constantem, ac mei similem esse mansurum. Deumque et Dei Matrem in utrisque imaginibus adoraturum. Neque vero iurisurandi religione impediatur, cuius tum irrita promissio est, cum illa praesalamus, quae bonis moribus, nedum sanctitatibus aversantur. Monachum fortem inimicum daemone ipse per se ab adoratione imaginis avertere conabatur, qui imperatorem Leonem Isauricum per duos ludaeos fugitivos, ac profugos in fraudem induxit, et ab imaginum sacrarum cultu et veneratione suffocavit: quibus daemones interpretibus ac nunciis, cum faciles aures praebuisset sacras figuras, ubicunque essent tollendas, evertendasque curavit, sed tunc dysenteriae consumptus, ad inferorum raptus est aeternis cruciatibus. Hunc imitari Copronymus Leonis IV. et V. Michael Traulius, Theophilus pater et filius, vitam miserissimo interitu finierunt; sed de supplicis reorum laesae Maiestatis nostrae Mariae Virginis potentissimae sanctissimaeque Reginae, libro huius operis 15.

S. C.

Idem auctor (*ibid.* cap. 80): Eremita Ioannes, vir maximi nominis, et rarae sanctitatis in spelunca vitam egit, quam speluncam sacrae civitatis Hierosolymae vicinitas fortunabat. Erat Ioanni divinae Mariae integerrimae Virginis et foecundae matris Deum Filium gestantis, in gremioque foventis, imago charissima, solitudinis sociata, aditrix itinerum, religionis incitamentum: nam quotiescunque vel voti, vel sanctitatis causa Ioanni peregrinandum esset, id, quod non minus studiose quam frequenter agebat, ad sacrae huius aram imaginis ceream accendebat, emissisque precibus et se, et iter sumum clementissimae Virginis, quam domestici illius simulacri modesta, eademque serena facies admodumbrabat, ex animo commendare solebat. Sanctissima humanae generis et mater, et domina, haec erant verba precantis Ioannis, quandoquidem multum via paratur et anceps, et longa, diesque plurimos abesse me oportet; haec tibi sit candelae curae, cuius lumen opto esse perpetuum.

Tu igitur lucidam, inflammatamque conserva, persequere ut eam talem redux inveniam, quam lepore relinquo nunc tibi: da hoc mihi pro tua in homines charitate, proque illa potestate, quam tibi tuus unigenitus filius tam larga manu permittit. Haec cum Virgine, in eius intuentem imaginem, collocutus, se alacer dabat in viam; concoloque itinere ad speluncam reversus, alias trimestri, alias semestri exacto spatio, ardentem ceream semper invenit. Deo per matrem, cui nihil negare solet, prodigium illud, miraculumque patrante, piamque S. monachi et viam, et fiduciam factis admirabilibus prosequente.

S. CI.

Carolus Sigonius (*libr. 1. de Regno Italiae*) eisdem fere verbis: Romae farentis in dies acriter pestilentia, urbs assidens funeribus exhauriebatur. Itaque moestam ubique silentium, tristisque luctus passim universam civitatem tenebant, praementium malorum magnitudinem animum despondentem: qua re animadversa, Gregorius 4. Kalend. Septembr. populum ad concionem in basilicam s. Sabinae vocavit, et divino repletus spiritu: ad flagella flagellis avertenda plebem incitavit: in fine haec adiecit: *Et singulis autem aedibus in hunc modum egressi, in aedem b. Mariae semper Virginis Matris Iesu Christi Domini nostri conveniamus, ac longis ibi fletibus et gemitibus Domino supplicantes peccatorum nostrorum veniam imploremus*: et paulo post: interim in dies magis pestilentia saeviebat; ad ceteros autem casus, quibus homines foede passim absumebantur, hoc etiam mali accesserat, quod multi, cum steruantent, alii cum oscitantur, repente spiritum emittebant. Quod cum saepius eveniret, consuetudo inducta fuit, quae nunc etiam observatur, ut steruantibus salutem precando, osculantibus signum crucis ori admovento praesidium quaerent: quibus rebus permotus Gregorius, ad cetera coelestis irae piacula, postero anno, qui fuit quingentesimus nonagesimus primus, religiosam in die Resurrectionis supplicationem instituit, atque solemnem in pompa sanctae Dei Genitricis imaginem extulit. Haec ex ore eius Lucae Evangelistae manu affabre facta ad vivum expressa iam tum in aede filiae Mariae ad praesepe in exquilis sita eximia populi religione conservabatur. Factum est autem, ut imaginem ipsam, quocunque ferretur, terra pestilentis coeli gravitate cedente, optata salubritas sequeretur: qua de re gratulantibus omnibus, ecce angelus sanctam Virginem his vocibus de coelo alloquens, est auditus: *Regina coeli laetare alleluia, quia quem meruisti portare alleluia, resurrexit, sicut dixit, alleluia*. Quam orationem ubi Gregorius auribus excepit, statim divino instructus spiritu, in hunc modum explevit: *Ora pro nobis Deum alleluia*. Exinde, antiphona solemnem ecclesiae paschalis argumento laetitiae mansit: neque ita multo post angelus super Adriani molem astans, ac strictum mucronem vagina recondens, consp-

ectus est: quo viso Gregorius exhilaratus, converso ad populum ore: Bono omnes, inquit, animo estote, nam optatus divinae irae, ac futuris iam pridem pestilentiae finis, Deo ipso annuente ostenditur; atque ita ut ille praesens sit, ipse debet morbus elanguit. Ab hac re molli, sancti angeli nomen est inditum. Haec ita ut in ritualibus scriptis sunt retuli; Signum, aut, cuius hucusque verba protulimus. Et haec quidem beatissimae Dei Genitricis effigies ex templo, ubi erat ad sancti Sixti, translata est, et a divo Dominico, multo Cardinalium, et mirabundi populi comitatu, nudis deportata pedibus, quae sacrae sorores, quae sub eiusdem Domini vexillo militabant, nudis illidem pedibus expectarunt; seque beatissimas putaverunt, quod eam imaginem, quae humani generis hospitium ad vivum exprimeret, annuente Christi Vicario possiderent. Divum porro Gregorium Virginis peramantem fuisse, et haec, quam modo exposuimus, monstrat historia, et litterae ad Petrum subdiaconum missae declarant. Siguidem beatae Mariae oratorium dicatur, ad convivium illud, quod Agapen veteres Christiani dicebant, illa parari iubet his verbis: *Sed quia cellae ipsius tenuitas exigit, debere nos in ipsa diei festivitate concurrere, propterea volumus, ut ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus in auro solidos decem, vini amphoras triginta, amonae modios ducentos, olei orcas duas, vervecis duodecim, gallinas centum, quae tuis possint rationibus postmodum imputari*. Noverat Gregorius liberalem se esse debere, sacellum Dei Matri dicantem, cui et est, et fuit semper pergrata benignitas.

S. CII.

Tilmannus Bredenbachius (*lib. 3. cap. 19*): In Embriensi urbe, quaedam Odilia nomine, a prima aetate clauda atque impropria, cum ad sanctae Aldegundis templum, vel manibus alienis delata, vel pedetentim ipsa pervenisset, et coram Deiparae Virginis imagine provoluta, preces fidei, speique plenas, ex intimo cordis sinu fudisset, neque multo post e terra surrexisset, a colloquio illo, congressuque Virginis, sanitate membrorum reportavit, benignissimaeque Mariae Dei Matri gratias egit, quanta maxima poluit animi pietate. Sequuta quoque populi laetitia, et campanae ob miraculi gloriam laetissimae sonuerunt. Haec Tilmannus ex probatissimae mulieris ore cognovisse se ait, quae Anna dicebatur, cui Odilia cognita erat, et in illa debilitate membrorum, claudicantique molestia, et cum beatissimae Virginis beneficio, rectis iam et solutis pedibus incedebat, compluresque alios, quibus habenda fides fuisset, hoc ipsum sanctae Odiliae miraculum irando confirmasse. Eadem Anna vidisse se aiebat haec Deiparae imaginem, vim lacrymarum profundentem, iisdemque religiosi cultusdam manu, adhibito interloquio, absteris novas defluisse, imaginisque peccetis praec lacrymarum abundantia maduisse,